

ecclesia presulem debeatis (1), qui moribus actibusque polleat et ad exorandum Christum pro populo sit meritis dignus, ut suavitatis suae vel caritatis decoretur testimoniis postque sui consecrationem ab hac summa sancta Dei ecclesia pallium, id est benedictionis cumulum, et sui veniam et personam [accipiat], ut sic ecclesiae Christi ornatae sacerdotibus maneat Christi domini protectione inconcussae subque eorum regimine Christi plebs in eius amore proficiat.

Bene valete.

Data kalendis martiis, imperante domino nostro piissimo augusto Leone a Deo coronato, magno imperatore, anno nono, post consulatum eius anno nono, sed et Constantino maiore, imperatore, eius filio, anno sexto, indictione octava.

19. - 725-731. *Elezione dell' arcivescovo Antonino e concessione del pallio.*

FONTE: *Cronica de singulis patriarchis*, ed. Monticolo cit., p. 14

.... precepto (2) eiusdem papae Gregorii elegerunt Antoninum virum probatissimum (in nova sancta Aquileiensi patriarcham ecclesiam), qui a beato Gregorio papa tercio iuxta decessorum suorum exemplar privilegium cum benedictione pallei consecutus est.

(1) Analogo ordine pontificio dalla *Cronica de singulis patriarchis* (ed. cit., p. 13 sg.) è attribuito a Gregorio III, al 731 ... qui [Gregorius] post obitum Donati, Gradensis patriarche, epistolam suam direxit universis Venetiensis seu Histriae et cuncto populo, ut electionem in Gradensem patriarcham facerent.

(2) Attribuito dalla *Cronica de sing. patr.* a Gregorio III nel 731. Manca il testo.